



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Campiani & Catholicorum ardor. n. 4.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

1580.  
Petionus  
primi-  
tium Cam-  
pianus in  
columnis  
euadunt  
Londinum

securitas eo in portu diuino beneficio supra spem fuit : Vultus cum veste (quâ fieri potuit arte) mutatus, sermo ad beneuolentiam & fiduciam conformatus, aliam prætulere custodibus quàm in tabella aspiciant descriptum, & opportunitatem impetrant ad interiora Inulæ penetrandi facultatē. Inopinata vigiliū comitas alacritatē attulit aduocandi *Campiani*, ficto sub nomine *Parricij*, Hyberni Institoris, atque isdem, quos beneuolos nactus fuerat, custodibus commendandi. Aduolat accepto nuncio *Campianus* cum *Rudolpho*, & quanquam nouis ab regio lenatu mandatis oculatiores reperit portus obseruatores quàm ut *Personij* gratia vsque quaque ualeret, oculus tamen ardentibusq; ad Deum & Sanctum Christi Præcursores votis (cuius ipse à ter eris in tutela fuerat, & erat postridiē eius diei qui nacenti est lacer) aperuit sibi uiam; Paratis qui uinctum ducerent satellitibus, in sperato consilio, & præter cæterorum qui assiltebant lententiam, nuncius ab Oppidi Præfecto mandat liberum proficisci cum *Rudolpho* famulo *Parricium*: Præfecti incredibilis facilitas erexit dubium *Campiani* animum ad diuinæ opis spem haud minorem in exscensu quem facturus erat altero deinde die Londini, quàm quem fecerat Dorobernij. Prouderat *Personius* in vasta ciuitate, domibus ciuibusque confertâ huic inimicis causæ, plus posse esse dubitationis, quò, & apud quem, & quando nouus quasitumque hospes diuerteret, quàm in ipso (modò euaderet) portu periculi: & quoniam euasisse sperandum erat, quò aduersi nihil fama attulisset, nobiles iuuenes, quos ei religio conciliarat, rogat uti ad eam Urbis Regionem, quæ Dorobernio obuertitur, omnes aditus obseruare uelint; Et si quem *Edmundum* nomine (nam de eo antè conuenerat) cum famulo aduentantem conspicerent, hunc comiter salutatum deducant. *Thomas Geaymo* prospertanti delitore, ad quod Grauesendiâ (oppidum est ad Tamesim Dorobernio interiaccens) ultro citroque commens quotidiē cymba solet appellere, inter adnauigantium turbam oblata hominis species est qualem *Personius* descriplerat: Huic amicè porrigens dexteram, "Da, inquit, manum, Domine *Edmunde*: vocis sonus incognitus, at oris gestusque & accentus forma, & datam exscendenti dexteram secutæ familiarissimæ consalutationes, omnē quæ esse poterat fraudis suspicionem confestim sustulere; unâ progrediuntur ad multò ante prouisam domum, hic gaudio reperti hospitis, ille diuinæ clementiæ admiratione redundans. Et quamuis per absentiam *Personij* ab ciuitate deesse quidpiam uideri posset ad perfectam eius diei lætitiā, tanta fuit eorum in omni obsequio alacritas, in quos suas cuique distribuerat partes, ut gaudio cumulus accederet.

*Campiani*  
& *Cartho-*  
*licorum*  
ardor.

IV *Similia cognati sibi fouentur similibus*; nobilium adolescentum innata uirtus, famâ *Campiani* accensa, ardebat hominis experiundi tanta cupiditate, ut sumptus incurij, periculorum non nimium prouidi, auidissimi eius quod præcipitum est in Christi milite solatij, nihil tanto duci paterentur deesse, quo non commodè solum, sed cum splendore (quem non tam permittebant tempora, quàm ipsorum flagitabat pietas) Sacris omnibus operaretur.



retur. Domum amplam conducunt Baronis Pagetti nomine. Hic primam <sup>1780.</sup>  
 (Sancti Petro & Paulo dicato die) habuit concionem, de Ecclesiæ Catholicæ  
 inconcussa firmitate, de contra sævientibus ne quicquam portis inferi, de con-  
 stanti in proficenda fide libertate: Hic cætera Sacerdotum munia eo diligen-  
 tius obit, quo illustrium Iuuenum, eorumque gratiâ, frequentium auditorum,  
 non assiduitate modo, sed penè importunitate prouocabatur: Assueta mens  
 neque pietate vinci, neque nimium quidquam existimare quod in Dei obse-  
 quium impenderetur, non sibi temperandum arbitrabatur, dum flagrantibus  
 piorum hominum votis vocibusque inflammaretur: exercitatum armis tra-  
 ctandis veteranumque militem, paribus animis viribusque cum Tyronibus cer-  
 tare indecorum enim uero & humile: Contendendum itaque rebatur omni-  
 bus animi corporisque neruis, ut quos ætate, scientiâ, exercitatione anteciret,  
 hos diligentiam atque ardore superaret. At dum Sacramenta quotidie celebra-  
 tur, dum concurritur, peroraturque quotidie, latere id non potuit Senatuum  
 regium quod tota iam urbe peruulgatum ferebatur; & quanquam locus at-  
 ignorabatur, aut priuilegio atque auctoritate nobilis conductoris aliquantisper  
 sustineri potuisset, diuturnum tamen id sperare futurum inter suspicaces  
 & attentos oculos imprudentis esse non omnino imprudentibus videbatur.  
 Redux Londinum *Personius* maturè obuandum discrimini censuit; & fre-  
 quentiam quidem primùm moderari, tum quoniam id erat difficile,  
 quamdiu in urbe esset is qui ad se omnium voluntates, desideriaque attraxisset  
*Campianus*, huic profectionem indicere statuit. Sed aliud ex alio periculum  
 nascitur.

V. Ex recenter Romæ Rhemisque constitutis Seminariis noui non pauci <sup>Conueniunt</sup>  
 Sacerdotes collabanti pietati restituendæ in Angliam confluxerant: Hi præ- <sup>Sacerdotes</sup>  
 cipuis Europæ consuetudinibus imbuti animaduenterant plures totâ Insulâ fe- <sup>complures</sup>  
 stos dies, plura solita olim coli ieiunia quàm toto ferè reliquo orbe Christiano: <sup>consulturi.</sup>  
 Ne quod igitur vel inter Catholicos, vel ab his qui à *Maria* Regina temporibus  
 supererant antiquis Sacerdotibus, oriretur dissidium, dum hi veterem  
 morem teneri, illi cæteris Regionibus conformari contenderent, dies consilio  
 dicitur conueniunt ex Clero complures; adest *Personius* & *Campianus*; decer- <sup>De festis &</sup>  
 nitur, ut quam in Prouinciam quisque primùm venisset, de eius moribus di- <sup>ieiunijs.</sup>  
 ligenter inquirat, eumque morem nulla re mutata, conferuet (neque e-  
 nim omnibus per Angliam idem mos est) quando autem nemo vnus in  
 omnes potestatem habet, difficile est cunctos adstringere, nisi vniuersi  
 conueniant. Disputatur etiam de sacris Hæreticorum: An cum ad vni-  
 formitatem cultus diuini latâ lege iubeantur frequentari, liceat ijs qua- <sup>De non ad-</sup>  
 cunque alia de causâ interesse? valuitque negantium sententia; eâ inter <sup>deundis sa-</sup>  
 cæteras ratione, quâ non solum aduersus Catholicum morem, eique dam- <sup>cris hære-</sup>  
 nando abolendoque instituta sunt hæc nupera sacra, sed & publica legis <sup>ticorum.</sup>  
 mens, atque ferentis voluntas (quæ præsentiam interpretatur conformitatem)  
 priuatis quibuscunq; rationibus antecur necesse sit, & vulgò cèlebratur immisceri